

Serenissime et Potentissime Princeps

Ill/me et Rev/me Domine.

Henricus Piscator, natione Germanus, vir doctus et probus, obtinuit ante aliquod tempus canonicatum in ecclesia cui R/ma Dominatio Vestra praesidet, sed ob varia impedimenta illi opposita in venerabili capitulo litigavit in Rota, quae est tribunal in Urbe valde celebre, et tandem obtinuit victoriam. Sed quia timet difficultates aliquas in obtinenda possessione, petiit a me ut eum commendarem ill/mae pietati vestrae. Id ego libenter feci fretus benignitate et /o charitate Amplitudinis vestrae, cui à Deo precor prosperitatem omnem non in praesenti solum vita, sed etiam in futura.

Datum Romae die decimo iunii 1620.

---

Arch.Vat. Gesuiti 17 fol.73. Brouillon de la suppl. en faveur de H. Piscator (cf. lettre-supplique N.4748)